SPECIMEN
PATHOLOGIAE GENERALIS
YSTEMATIS MUCOSI.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI,

AD SUMMOS

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE CAPESSENDOS,

DIE I. M. JULII A. MDCCCXXVIII

H. L. Q. S.

PALAM DEFENDET

AUCTOR

LEONH. JACOBUS GOTTHEIL,

POSNANIENSIS.

OPPONENTIBUS:

J. LOEWENSTEIN, MED. ET CHIR. DR.,

L. JAFFÉ, MED. ET CHIR. CAND.,

L. DAVID, MED. ET CHIR. CAND.

BEROLINI,

LITTERIS AUGUSTI PETSCHII.

Καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ ἴδεν, ὀυδέ τίς εσται}
Εἴδως ἀμφὶ Θεῶν τε καὶ ἄσσα λέγω περὶ πάντων
Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τύχοι τετελεσμένον εἰπὼν
Αὐτὸς ὅμως οὐκ οἶδε, δοκὸς δ᾽ επὶ πᾶσι τέτυκται.

XENOPHANES in *Tennemanns* Geschichte der Philosophie. Bd. 1. p. 165.

VIRO

PRAENOBILISSIMO ATQUE CELEBERRIMO

G. A. ADERSBACH,

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI.

AUCTOR.

LECTORI BENEVOLO.

Dissertationis argumentum, quod explicandum in praesenti suscipimus, est, ea generaliora, quae de systematis mucosi morbis et legebam et ipse cogitabam, publicae luci tradere, et quomodo hoc systema per se, organis ab eo constitutis haud respectis, morbo corripiatur demonstrare. Eo praecipue intendi, ut status tunicarum muciparum morbosos, ad earum physiologiam et anatomiam referam, et quamquam ipse longe absum, ut sperem, fore ut operis pretium sit, tamen, quae scripsi, supervacanea existimare non possum, quum opusculum nostrum omnium morborum, quorum sedes systema mucosum est, enumerationem, qualis mihi quidem adhuc ignota est, contineat. — Nonnullarum hypothesium, quas ausus sum proponere, venia Lectoris Benevoli mihi petenda est, praesertim cum eas tantum percurrere et ob hoc potius contendere,

quam firmis rationum momentis corroborare p tuissem. — Attentione non indignam puto do trinam de inflammationis natura a me expron tam, quae necessarie huic libello inserenda era ut opinionem confirmarem, omnes inflammati nis exitus sine hac, inprimis in morbis hic tra tandis, existere posse. Forsan mihi successi quod ipse sperare non audeo, multa repugnant e pathologia et therapia hac doctrina remover et controversias, quae diu inter medicos vig bant, componere; sed hoc opus, hic labor: a tamen

..... quid tentasse nocebit?
Audendum est in re ancipiti.

Vale mihique semper fave.

GOTTHEIL.

INTRODUCTIO.

§. 1. De morbis, quorum sedes systema mucosum est, acturi, ut paulo pressius institutum nostrum declaremus, primum omnium utile atque nostro scopo maxime conveniens erit, has duas quaestiones brevi disquisitioni subjicere 1) num morbos huic systemati proprios et peculiares sumere liceat? 2) num forsan hi morbis vasorum et nervorum oppositi sint?

§. 2. Non multum abest, quin primo adspectu has quaestiones affirmemus;

I. quod corporum sectores nonnulli, membranas mucosas, quasi proprium systema, vasorum et nervorum systematibus opponunt; id quod e. g. *Bichat* [1]) fecit;

II. quod fere in toto corpore, praesertim in organis reproductioni inservientibus, tunicas invenimus muciparas;

III. quod affectiones nonnullae existunt, quae solummodo in systemate mucoso reperiuntur, e. g. blennorrhoeae, polypi.

IV. Denique quod structura et textura membranarum mucosarum et peculiaris et ubique fere eadem est.

§. 3. Sin vero rem paulo accuratius contemplamur, sectores perperam hoc systema membranarum, systematibus, ut ita dicam, cardinalibus vasorum et nervorum opponere patet. Membranae enim mucosae e nervis et vasis constant, imo nihil nisi nervi et vasa sunt, quae tela cellulosa in membranam conjunguntur. Glandulae autem muci-

---

[1]) Anatomie generale. Systême muqueux.

parae sunt sacculi tunicarum mucipararum [1]. Quam ob rem potius ad systemata specialia, sive, ut *Kreysigio* [2] vocare placet, ad apparatus, uti sunt musculi, reliquae membranae, ossa, hoc systema adnumerandum est.

§. 4. Quae cum ita sint, jam per se apparet morbos membranarum mucosarum non alios esse quam nervorum et vasorum morbos, neque ullo modo his opponendos esse.

§. 5. Quum autem nihilo minus etiam per se liqueat, naturam morborum systematum cardinalium pro variis systematibus specialibus varia ratione in conspectum prodire, aut, ut ajunt, morborum formas varias esse, non mirandum est, formam morborum systematis mucosi esse propriam.

§. 6. Quamquam morborum m. mucosarum forma in alia parte, in quam se insinuant, affecta alia est, tamen maxime peculiarem se praebet, et ubique facile cognoscitur. Hinc fit, ut morbi quam diversissimi nominis, simillimi evadant, e. g. urethritis, dysenteria, catarrhus.

§. 7. Hujus peculiaritatis causam, si altius repetimus, nullam aliam inveniemus, quam ipsius membranae mucosae peculiaritatem, quae hisce efficitur:

I. Membranas mucosas ubique ejusdem texturae esse, jam *Bichat* demonstravit [3].

II. M. m. ubique cohaerent, quo fit, ut morbi unius in alteram propagentur. M. m. organorum uropoëticorum et genitalium per externam tantum cutem cum reliquis communicationem habet, quare ductus *Bichat* [4] systema gastropulmonale et urogenitale m. m. constituit.

III. Cuilibet m. m., ut cuti externae, commercium est proximum cum rebus externis. Hac ratione m. m. quam simillimae factae sunt cuti ex-

---

[1]) *F. A. Beclard*, Uebersicht der neuern Entdeckungen in der Anat. und Physiol. A. d. Franz. von *L. Cerutti*. Leipzig 1823. p. 237.

[2]) Handb. der pract. Krankheitslehre von *F. L. Kreysig*. Leipz. 1819. B. II. p. 446.

[3]) l. c.

[4]) ibid. Art. I. §. 1.

ternae; cujus rei argumenta invenies in libris infra citatis [1].

IV. Mechanismus, sive structura harum membranarum ubique idem est, quippe quae ubique canales et tubulos forment.

V. Functio earum ubique eadem est; nempe secretio fluidi peculiaris, seu muci, aut e glandulis huic functioni dicatis, aut e membrana ipsa glandulis destituta [2]. Secundum *Beclard* [3]) totum systema m. m. rum hisce glandulis praeditum est, quamquam non ubique percipiuntur (?) [4]. — Altera earum functio est, evaporatio fluidi cujusdam, quae cum exhalatione cutis externae comparari potest.

VI. Ubique fere inter partes easdem, scilicet inter membranam, sive stratum musculosum et epithelium sitae sunt. Adjeci vocabulum fere, quia e. g. urethra membrana musculosa caret [5].

VII. Neque parvi momenti est, antagonismus et consensus earum cum membrana externa, fons quam largissimus morborum m. m. [6].

VIII. Idem valet de consensu cum organis sic dictis centralibus, qui copia nervorum et vasorum, quibus m. m. praeditae sunt, efficitur.

§. 8, In hac dissertatione inaugurali propositum habeo demonstrare, quomodo ad hanc m. mucosarum peculiaritatem, formae peculiaritas earum morborum referenda sit, id quod, cum rem haud difficilem credam, pro viribus meis exiguis conabor.

---

1) *Bichat.* Art. I. §. 3. et ***K. A. Rudolphi***, Grundrifs d. Physiologie. I. Bd. 2. Buch.

2) ***W. A. Haase***, über die Erkenntnifs u. Kur der chron. Krankh. Leipz. 1817 — 20. B. III. P. I. p. I.

3) l. c. p. 238.

4) Non percipiuntur glandulae in membrana mucosa vesicae urinariae, uteri, vesicularum seminalium. *Bichat.* Art. I. §. 2.

5) ***J. Shaw***, on the structure of the membrous part of the urethra. In medico-chirurg. Transact. Vol. X. P. II. p. 339.

6) Cf. quod *Bichat* Art. III. §. 2. de hac re egregie dixit, et de sympathia activa et passiva.

CAP. I.

DESCRIPTIONEM SYSTEMATIS MUCOSI MORBO CORREPT CONTINENS.

§. 9. Ut in statu normali, quaevis pars organism secundum vitalitatem et structuram texturamque, siv secundum physiologiam et anatomiam consideratur sic etiam in statu morboso haec duplex contempla tio locum habet, prout vitalitas tantum, aut etiar textura structuraque a statu normali aberrant, au saltem praecipue affectae sunt, quum nequaquan negari possit, utrasque plerumque una affici.

§. 10. Vitalitatis laesiones plerumque prima riae existunt, et morbos constituunt, quos dynami cos vocant. Contra structurae et texturae laesione plerumque secundariae observantur. Hanc laesionun divisionem etiam in contemplatione, mihi in hoc ca pite proposita, secuturus sum.

AFFECTIONES DYNAMICAE.

§. 11. Vita systematis mucosi reproductioni des tinata, sive vegetativa est; ab hac igitur parte ple rumque morbo corripitur. Quum autem ad repro ductionem perficiendam, quaeque reproductionis par et nervis et vasis egeat, quam ob rem etiam iis prae dita sit, facile est intellectu, laesis functionibus ner vorum et vasorum, harum partium functionem ve getativam laedi. Imo plerumque nervi et vasa pri mario in morbos incidunt, quum irritamenta u plurimum in ea agant. Quare haud immerito af fectiones sensibilitatis et irritabilitatis reliquis prae mittemus.

SENSIBILITAS MEMBRANARUM LAESA.

§. 12. Tunicae muciparae, quam plurimis ner vis [1]) praeditae, accipiendis rebus externis, aut ii avertendis aptissimae factae sunt; id quod necessa

[1]) Nervi systematis mucosi ad systema gangliarum pertinent iis nervis exceptis, quibus plurima orificia, nares, os, glans peni praedita sunt. *Bichat* Art. II. §. 1.

rium est, ob proximum earum commercium cum rebus externis (§. 7. III). His respectis, jam per se intelligitur, affectiones nervosas, in morbis hic tractandis, non leves partes agere, quod et experientia comprobatur, qua edocti sumus, gastritidem et enteritidem dolores acerbissimos ciere.

Quae quidem etsi per se vera sint, tamen haec nobis monenda videntur, quae ex parte jam e membranae mucosae functione sequuntur. Enimvero quum sciamus, irritamenta eo minus in nervos agere, quo magis identidem eos affligant, irritandis nervis m. m.sarum rebus externis jam adsuetarum, gravi aut insolito irritamento opus est; solitum autem, aut leve nervi plane non percipiunt. Contra insolita irritamenta, nisi vitia organica efficiunt, reactione nervorum excitata, facile innoxia redduntur, aut, ut loquuntur, assimilantur. Accedit, ut secretione, ipsis irritamentis aucta, haec involvantur, et vim irritantem plane amittant. Hinc causa elucet, cur dolores brevi remittant, aut plane desinant, quod nequaquam cum iis, qui partes *Brownii* sequuntur, asthenia indirecta explicarem.

§. 13. In genere effari possumus, nervos m. m.sarum magis *torpore,* quam *erethismo* laborare. Nolim tamen id perpetuum credas; sic excipias necesse est, affectiones nervosas a sensibilitate generali laesa, aut a vitio organico e. g. carcinomate ortas etc. — Peculiares sensationes in ventriculo hysteria et hypochondria detentorum, et vim nervorum *alterari* argumento esse queunt, quamquam illae semper ab alienatione totius systematis nervosi pendent.

IRRITABILITAS MEMBRANARUM LAESA.

§. 14. Vasa sanguifera, utpote radix vegetationis omnis, in m. m.sis graviores agunt partes, quam nervi. Fere omnes earum morbi ab irritatione horum vasorum tot ramis in iis distributorum incipiunt. Propter spongiosam membranarum texturam facillime extensionem perpetiuntur vasa, quo fit, ut sanguis facillime in ea irruat, et minima irritatione insolita membranae rubescant, sive *congestio* exoriatur. Qui sanguinis affluxus in tunicas auctus, sive congestio causam praebere potest inflammationis,

ejusque exituum, de quibus loco idoneo sermo erit. Congestionem ab inflammatione membranarum vulgo parum distinguunt auctores, quamquam immerito, cum inter catarrhum e. g. et inflammationem bronchiorum nulla alia differentia existere mihi videatur, quam quod ille tantum sanguinis congestio in bronchos, haec autem eorum inflammatio est. Eadem differentia est inter diarrhoeam et dysenteriam, quamquam nonnulli dysenteriam non pro inflammatione habebant; sic *Brown* [1]) eam ad asthenias refert. *Richter* [2]) autumat catarrhum esse inflammationem lymphaticam, aut spuriam, quod plane non intelligo. *Dzondi* [3]) differt irritationem inflammatoriam ab ipsa inflammatione. Illa secundum hunc auctorem causa est catarrhi.

§. 15. Sin autem congestiones ingravescunt, facile fit, ut relaxatione parietum vasa cedant, et sanguinis *profluvia* exoriantur; quae tamen non semper ab affluxu aucto pendent, sed saepe dyscrasiam scorbuticam profitentur causam e. g. stomacace, epistaxis in morbo maculoso *Werlhofii*.

§. 16. Neque minus *venae* statum morbosum subeunt, quod maxime spectat ad venas ejus regionis organismi, qua praevalent; scilicet infra septum transversum. Ipsa membranarum textura spongiosa *varicositatibus* et sanguinis venosi profluviis ansam praebet. Hic est fons haemorrhoïdum et melaenae.

§. 17. *Motus abnormis* tunicarum mucosarum, ut plurimum a strato fibrarum muscularium subjacente pendens, huc non apte referri potest.

VEGETATIO LAESA.

§. 18. Vegetatio partis cujusdam consistit in ejus nutritione et secretione. Illius laesionem solummodo e substantia et textura mutata sive e morbis organicis suspicamur, de quibus paulo post loquar. Hic sermo tantum erit

---

1) *John Browns* System der Heilk. Uebers. von *Scheel.* Koppenh. 1804. §. 669.

2) Die specielle Therapie. Nach den hinterlassenen Papieren des *A. G. Richter.* B. I. p. 368.

3) Aesculap v. *K. H. Dzondi.* Leipz. 1822. 1 B. 2. Hft. I.

DE SECRETIONE ABNORMI.

§. 19. Secretio muci m. mucosarum princeps functio est; quid igitur mirum, si in omnibus earum morbis illa mutatur, ita ut fere omnibus veterum auctoribus morbi systematis mucosi ab hac tantum parte cogniti fuerint. Est autem muci secretio abnormis aut aucta, aut imminuta, aut tandem perversa, de quibus singulis nunc pauca verba faciam.

§. 20. Secretio muci *augetur* morborum acutorum tunicarum mucosarum initio, irritatione tantum superficiali, et in plurimis earum morbis chronicis. Quo magis irritatio superficiem membranarum tangit, eo magis secretio augetur, quia in hoc casu glandulae tantum muciparae irritantur [1]). Contra irritatio altius penetrans magis in vasa sanguifera effectum suum exercet, quorum actio aucta per antagonismum glandularum actionem imminuit, et ob hoc etiam secretio imminuitur. Hanc rationem in toto corpore invenies. Sin vero vasorum actio iterum remittit, per ipsum antagonismum glandularum operatio resurgit, quo excretio, ut ita dicam materiei peccantis, seu crisis efficitur, ceu secretione actionem a vasis derivante. — Quum autem in omnibus fere morbis chronicis systema vasorum plerumque labefactum videamus, id quod in systemate mucoso maxime fit, facile intelligitur, cur, ut supra jam dixi, in his morbis plerumque muci secretio augeatur. — Secretio muci aucta a vitio organico tunicae muciparae excitata, quae semper etiam perversa est, certe oritur ab irritatione glandularum, cum id vitium, ceu corpus heterogeneum membranas vellicet. Sic praecipue indurationes et stricturas blennorrhoeae comitantur. — Nunc etiam patet, quid de divisione illa secretionum muci abnormium, in activas et passivas existimandum sit? Sine glandularum aucta actione nullam secretionem auctam cogitare possum, et de hac re plane *Kreysigio* adsentio [2]), sed vasorum actio aut immutata vel aucta, aut imminuta

---

[1]) Etiamsi glandulae muciparae sub membranis jacent, tamen earum orificia in his sunt, quibus ab irritamentis tactis, glandulae ipsae excitantur, id quod omnibus glandulis proprium est. *Bichat* l. c. Art. III. §. 2.

[2]) l. c. p. 500.

est, et prout una, vel altera existit, secretionem au- tam activam aut passivam nuncupare placet, siv *blennorrhagiam* et *blennorrhoeam Swediauri* [1]). — *Sw- diaur* blennorrhagiam a se sic dictam ita describi secretio et excretio muci viridescentis, flavescenti puriformis, abnormis cum phlogosi membranae mu- cosae; quam descriptionem naturae esse conformem quisque semel catarrho affectus facile concedet. — Blennorrhoeas sthenicas probant *Reil* [2]) et *Henke* [3] negat autem *Haase* [4]). *Kreysig* [5]) secretionem mu auctam a laxitate membranae oriri negat, quamquam et plurimi auctores, et experientia eam probare v- dentur, et secundum explicationem modo datam nullam contradictionem continet. Secretionem auc- tam a prava sanguinis mixtione (sit venia verbis derivari posse, suo loco demonstrabimus.

§. 21. Quod qui tenet, facile conjicere poteri quid de secretione *imminuta* sentiendum sit. Es enim hujus causa aut glandularum imminuta, au vasorum sanguiferorum aucta actio. *Haasio* [6]) prio causa non placet; licet huic sententiae obstet, quo in ultimo stadio phthiseos muci secretio desinit [7] *Swediaur* [8]) hunc statum *ischioblenniam* nominat.

§. 22. Si glandulae mucosae materiem a mu natura aberrantem secernunt, secretionem *perversam* appellamus. Aberrat autem mucus, quoad consisten tiam, colorem, odorem, saporem, efficaciam irritan tem, quas aberrationes, cum apud *Haasium* descrip tas invenias, hic praetermitto, praesertim cum d earum causis nihil certi sciamus. De muco auten *puriformi* pauca locuturus sum. — Quum saepissim

---

1) *F. Swediaur*, Novum rationalis medicinae systema. Vol. I pag. 187.

2) *J. Chr. Reil*, Ueber die Erkenntnifs u. Kur der Fiebe Halle 1797 — 1815. III. Bd. §. 209.

3) *A. Henke*, Handb. der Pathologie. II. Bd. §. 988.

4) *Haase* l. c. III. I. p. 7.

5) l. c.

6) l. c. p. 197.

7) *Kreysig* l. c.

8) l. c. I. p. 247.

neque reagentia chemica, nec signa physica, neque methodus *Darwini*[1]), *Grasmayeri*[2]), *Gruithuiseni*[3]) sufficiant ad mucum a pure dignoscendum, *Reil*[4]) jam quaesivit, num mucus in puris naturam transformari possit? Plurimi medici hoc negant, quia persuasum habent, sine inflammatione pus oriri non posse. At huic sententiae opponendum est: ipsos systematis mucosi status morbosos argumentari, pus sine inflammatione produci, et minime naturam puris atque muci nobis cognitam esse, quam ut nullo modo mucus in pus transformari posse contendamus. Contra crederem, similitudinem eorum maximam esse[5]) Utrumque enim e sanguine secerni, quis est qui neget? hac tantum differentia, quod pus novo organo secretorio, mucus autem, jam existente hoc, secernitur, quod tamen non magni aestimandum duco. Et mucum a membranis non mucosis secerni, demonstrant blennorrhoeae conjunctivae, quae secundum praeceptorem meum celeberrimum Illustr. *Rudolphi*[6]) membranis mucosis non est adnumeranda. Jmo mucus in hac membrana evidenter in pus transformatur, ita ut ophthalmiatrici tria ejus blennorrhoeae stadia distinxerint, nempe st. hydrorrhoicum, medorrhoicum et pyorrhoicum, et nonnulli Anglorum[7]) blennorrhoeam neonatorum, ophthalmiam purulentam appellarint. Neque raro videmus, membranas mucosas puris secretioni aptas esse, quamquam non inflammatae sunt, e. g. diarrhoea purulenta in variolis. — Sic urina continet pus, haud tamen praegressis inflammationis signis, quod in

1) Samml. auserles. Abhandl. f. pract. Aerzte. B. VI. p. 231.

2) *Grasmayer*, Abh. von dem Eiter. Göttingen 1790.

3) *Gruithuisen* Abhandl. von dem Eiter und von den Mitteln, ihn von allen ähnlichen Feuchtigkeiten zu unterscheiden. 1790.

4) l. c. Bd. II. p. 258.

5) Ad hanc similitudinem recte intelligendam cf. Versuch einer medicinisch-chirurgischen Diagnostik von *C. G. Schmalz*. Dresden 1816. p. 218 — 219. quamquam is auctor differentias subtilissimas profert.

6) l. c. 5tes Buch.

7) Cf. *Weller*, Krankh. des menschl. Auges. Dresden 1826. pag. 43.

nonnullis febribus cardinalibus sic dictis, fieri sol
et opinioni illae favere videtur nonnullis, omniu
febrium causam esse inflammationem quanda
(*Broussais* [1]). Similitudo puris et muci firmis r
tionum momentis corroboratur, si usum puris pau
accuratius consideramus, qui mihi quidem ide
fere esse videtur, ac usus muci. Nam

a) suppuratione sanguis lympha plastica supe
flua liberatur.

b) Nova hac secretione vasorum actiones, si au
tae fuerint, deprimuntur.

c) Eadem secretione materies noxia e sanguir
evehitur et involvitur.

d) Nervi substantia deperdita rebus externis e
positi pure teguntur, quo illae innoxiae redduntur

e) Sub pure tegente regeneratio partium deperd
tarum sine impedimento fiunt. An suppuratio per
ad amissam substantiam restituendam aliquid conf
rat, dubitandum est, quum haud veri speciem habea
naturam novum organon secretorium formare, ut
novo secreto, quasi praecipitatione, substantiam ami
sam restituat, quum ad hanc restitutionem vasa, ip
suppuratione in normalem statum reducta, sufficiar
Quae modo dixi, nec nova, nec inaudita sun
nam ejusdem sententiae jam *Fabre* [2]), *Louis* [3]), erar
affirmantes haec granula nil aliud esse, nisi fin
parvorum vasorum; quorum opinionem etiam f
vent *Boyer* [4]) et *Otto Huhn* [5]). — Caeterum mem
brana interna abscessuum secundum *Beclard* [6]) n
hil est, nisi membrana mucosa, quamquam follic
lis caret. In libro *Roeder.* et *Wagleri* [7]) de hac
ita est sermo: simplicissima quidem morbi muco
crisis, excretio nempe mucosa, saepenumero p
ult

[1]) Theorie d. pract. Heilk. von *M. E. A. Naumann*. Be
lin 1827. §. 114.

[2]) Memoires de l'academie de Chirurgie. T. IV. p. 75.

[3]) Ibid. p. 106 — 140.

[4]) Abhandl. über die chirurg. Krankh. 1. B. p. 189.

[5]) Commentatio de regeneratione partium mollium. Gotti
gae 1787.

[6]) l. c. p. 254.

[7]) Tractatus de morbo mucoso. Paris. 1816. p. 62.

lteriorem muci coctionem indolis gelatinosae particeps, speciem puris secreti retulit. Frequentissime quoque crisis in veram suppurationem, tum externam, tum internam, abiit; qui quidem folliculorum nucosorum error et in aliis morbis non infrequens st. — Hisce omnibus motus, non immerito conjierem, certis conditionibus mucum in puris naturam ransire, quae conditiones nobis adhuc ignotae videntur; hoc tamen constat, temporis spatio quodam d hunc transitum opus esse [1]. —

Hanc veterum Graecorum pituitae perversae decriptionem *Swediauro* [2] debeo: veteres Graeci mucum partim phlegma, Latini pituitam apellarunt: jusque vitia varia distinxerunt; unde eorum phlegma rassum, dulce, crudum, insipidum, acidum, *vitreum* rae acerbitate sua in intestinis tormina dira cum ensu frigoris in ejus per intestina transitu ferens [3].

Perversum etiam appellare possumus mucum, qui ontagii cujusdam, praesertim syphilitici vehiculum st, quamquam haec muci perversitas nec sensibus ostris, nec reagentibus chemicis percipienda est; ua de causa etiam fluor albus syphiliticus a non yphilitico non dignoscendus est [4], nisi locus affecus in utroque morbo varius est, quod *Bell* contenlit. Secundum hunc auctorem fluor albus syphiliicus in urethra, contra non syphiliticus in vagina, tero, imo nonnunquam secundum *P. Frank* [5] in psis tubis residet.

§. 23. Secretionis alienationi forsitan haud imnerito secretiones *vicariae* tunicarum muciparum dnumerandae sunt, quae, aut in secretione fluidi quosi loco transpirationis cutaneae suppressae, aut n sanguinis secretione, loco fluxuum sanguinis sup-

---

[1]) Vulgo dicunt auctores, si mucus in puris naturam transormetur, hoc tantum inflammatione praegressa fieri; id quod enitius in dubium revoco, quia in suppurationibus hisce nulam substantiae jacturam invenimus. *Kreysig* l. c.

[2]) l. c. II. p. 46.

[3]) *Galens* Fieberlehre. Uebers. von *K. Sprengel* 1778. p. 179.

[4]) *Richter* l. c. III. p. 718.

[5]) *P. Frank*, Epitome de cognoscendis et curandis hominum orbis. Lib. V. p. 177.

pressorum, consistunt. Cutis secretionem memb nae mucosae suscipiunt propter maximam simili dinem utrarumque membranarum, quo fit, ut ref geratione catarrhus et diarrhoea oriantur [1]. Spc giosa structura m. m. causa est secretionis sangui vicariae. §. 15.

---

§. 24. Inter secretiones perversas et affection organicas, medium tenent locum *productiones nov* quippe quibus, aut secretio, aut nutritio a nor aberrans causam praebeat efficientem. Distinguunt autem hae productiones ab affectionibus plurin organicis eo, quod plane cum membranis non coha rent, et organismum, quasi externum quid infestan

§. 25. Primum harum productionum locu tenent *vermes*, hasce membranas praecipue incole tes, quorum generationi spontaneae (*Rudolphi*) h omnes conditiones offeruntur. *Rush* et *Ackerman* firmabant, vermes ad statum normalem pertine et perfectae sanitatis indicium esse; quae etsi n vera sint, tamen secundum virum celeberrimu *Rudolphi* in plurimis hominibus vermes adsunt, pra sertim *trichocephalus dispar*, coecum incolens om bus eorum signis deficientibus. Sin autem fortu morbus hosce homines opprimit, vermes excitant et signa vermium prodeunt. Quare etiam factu est, ut epidemias verminosas observarint multi De vermium causa proxima, helminthiasi scilic vide infra.

§. 26. Exitiosissimae productiones habend sunt *membranae novae*, s. *pseudodermata*, plerumq exsudante inflammatione orientes, sed non semp ut *Heimii* [3]) experientia in angina membranac edocemur. Hae membranae plerumque forma tubuli accipiunt, quod videmus in angina membr

---

[1]) Cf. quod *Dzondi* l. c. de hac re dixit, qui hanc sec tionem vicariam a stimulo inflammatorio scorico a se sic di (Hautschlacke) exoriri contendit.

[2]) Roed. et Wgler multis locis.

[3]) *Horns* Archiv f. med. Erfahr. Jahrg. 1810 p. 350.

nacea, dysenteria. *Albers*[1]) in angina membranacea chronica vasa sanguifera in hac membrana nova reperit. In dysenteria saepe cum desquamatione haec producta commutantur, quae secundum ea, quae Illustr. *Rudolphi* in praelectionibus de anatomia pathologica docet, nequaquam negari potest; quae desquamatio cum illa in cute externa merito comparatur.

§. 27. *Concretiones calculosae* plerumque in systemate mucoso sedem habent. Non directe quidem hae ab ejus morbis pendent, sed potius a morbo quodam generali, sive a dyscrasia quadam, quam lithiasin appellant auctores. Attamen hi de hac re non consentiunt. *Austin*[2]) inflammationem m. mucosae causam saltem coëfficientem esse existimat, cui opinioni fere adsentit Illustr. *Ph. a Walther*[3]), credens, statum saltem subinflammatorium opus esse ad concretiones calculosas producendas. Utut sit, non negandum nobis videtur, muci secretionem ad partes crystallisatas conjungendas *persaepe* necessariam esse.

AFFECTIONES ORGANICAE.

§. 28. Quamquam hisce affectionibus plerumque laesio vitalitatis systematum cardinalium subest, tamen merito ab hac distinguuntur, et seorsim considerantur:

1) quod etiamsi illa laesione systematum cardinalium hae affectiones oriuntur, tamen et sine ea perdurare possunt.
2) quod indoli omnibus communi, indoli affectionum dynamicarum contraria utuntur, nempe texturae et structurae mutatione sensibus percipienda.

§. 29. E modo dictis sequitur, et inflammationem

---

1) *J. H. Albers* de tracheïtide infantum vulgo Croup vocata. Lipsiae 1816.

2) *W. Austin*, on the component parti of the stones in the urinany bladder. London 1780.

3) *Ph. v. Walther*, Ueber die Harnsteine, ihre Entstehung u. Classification. Im Journal für Chirurgie u. Augenheilk. B. 1.

ad affectiones hic tractandas referendam esse. Dif-ferentiam harum affectionum vulgo propositam, quod inflammationes facile resolvantur, aliter quam in affectionibus organicis fieri soleat, non magni ae-stimandam esse, quisque intelligit. Nam et viti organica resolvuntur, et inflammationes non sempe resolutione gaudent. Quam ob rem hic de inflam-matione tunicarum muciparum disseremus, quo eo aptius fit, cum plerisque affectionibus organici inflammatio causam praebeat.

§. 30. Auctores valde propensi sunt plerumque causam affectionum organicarum in sola inflamma-tione quaerere; sed nescio, quo jure, cum ipsi in-flammationi, et hisce affectionibus potius una ea-demque causa sit, nimirum nutritio normam exce-dens. Quot tumores videmus, e. g. tumores cysticos inflammatione haud praegressa, nisi ad inflamma-tiones plane non percipiendas refugere velimus. — Quum autem in opusculo nostro, L. B., multa de inflammatione opinionibus solitis dissentientia, prae-sertim de ejus exitibus inventurus sis, non alienum fore puto, nostram de inflammatione opinionem paucis in medium proferre.

DE INFLAMMATIONE QUAEDAM IN GENERE.

§. 31. Vim partis alicujus vitalem auctam in-flammationis esse causam essentialem, omnes fere nunc consentiunt uno animo; inflammationem igitur asthenicam sic dictam, aut omnino negant, aut non mediocriter in ea explicanda laborant, explicatio-nesque contortissimas, minimeque sufficientes pro-ferunt. Neque tamen minus experientia quotidiana, credo, nobis inflammationes asthenicas ostendi. Exemplo sint, tot tantaeque inflammationes ocul quae opio, mercurio corrosivo sanantur; inflamma-tiones sic dictae chronicae, in individuis dyscrasi laborantibus, de quibus nuperrimis temporibus per saepe loquuntur auctores (forsitan inde a *Broussaio*). Temporibus pathologiae humorum contrarium con-tendebant, scilicet inflammationem esse sanguinis in vasis stagnationem; cui opinioni etiam recentiore

nonnulli adsentiunt, e. g. *Wilson* [1], *Thomson* [2], *Naumann* [3]; at hi in contrarium vitium inciderunt. Qua de re vim vitalem, nec auctam, nec imminutam ad inflammationis naturam explicandam sufficere existimamus, sed hanc de ea concepimus opinionem [4].

§. 32. Inflammationem in vasis capillaribus haerere minime negandum est, et facile quisque concedet. Quum autem horum vasorum functio in partis cujusque vegetatione consistat, quippe quibus et nutritio et secretio fiat, facile intelligitur, his vasis laesis, etiam vegetationem violari. Vasorum cappillarium aucta actione vegetatio efflorescit, et parti cuique incrementum contingit; contra actione eorum imminuta, pars evanescit et collabitur. Tali modo igitur nequaquam inflammatio efficitur. Sin vero actio vasorum alienata est, tum et vegetationem alienatam reperiemus, quam massis alienatis productis cognoscimus; sic loco substantiae muscularis, telae cellulosae lympham plasticam, pus, concretiones calculosas, substantias specificas, acres productas observamus. Quae vegetatio alienata, quia cum sanguinis in partem affluxu se manifestat, aut sine hoc existat, id quod paulo post demonstrabo, nostra opinio est, *inflammationem esse vegetationem alienatam cum sanguinis in partem affluxu conjunctam.* — Vegetationem alienatam sanguinis congestio, aut antecedit, aut sequitur, prout inflammatio a causa externa, aut interna originem ducit. Quum autem sanguinis congestio, aut activa, aut passiva sit, facile est intellectu, quid sub inflammatione sthenica et asthenica comprehendi velimus. Apparet etiam, quale discrimen congestionem inter et inflammationem versetur, quum illa simplex, haec compositus sit status morbosus.

§. 33. Quae vegetationis alienatio variae indolis est, et haec est variorum inflammationis exituum

---

[1]) *A. Ph. Wilson*, Handb. über Entzündung, Rheumatismus u. Gicht. Uebers. von *Toepelmann.* Leipz. 1809.

[2]) *Thomson*, Lectures on inflammation.

[3]) l. c. §. 54 — 59.

[4]) De variis theoriis inflammationis cf. *Mayer*, Versuch einer kritischen Geschichte der Entzündung. Breslau 1812.

causa, de quibus huc pauca referenda sunt. Inflammationis exitus, ut plurimum morbi primarii habendi sunt, quum inflammatione adhuc existente, vasa capillaria eam mutationem perpessa sint, quae ad hunc aut illum exitum vergant. Qua re, si inflammatio non resolvitur, fere nunquam in potestate nostra positum est, exitum inflammationi proprium avertere; id quod praecipue valet, de inflammationibus, quas vocant specificas.

§. 34. Sine sanguinis congestione, aut, ut dicunt, sine inflammatione non minus omnes inflammationis exitus inveniri, supra commemoravi (§. 32), et nunc paucis demonstraturus sum.

1) *Inflammationi chronicae* non semper praeire inflammationem acutam, quis est qui neget? Ut plurimum illius inflammationis causa in dyscrasiis residet, qua mixtione sanguinis prava vegetatio alienatur, et, si ad partem aliquam alienatam congestiones parcae, quam plurimum passivae, saepe iteratae fiant, inflammationem chronicam observamus, quae diutius durando partes deformat et destruit.

2) *Suppurationem* inflammatione haud praegressa existere, jam supra (§. 22) pronuntiavimus. Ibi dictis pauca de abscessu sic dicto frigido, seu lymphatico subjungamus, qui Illustr. *a Walthero* demonstrante [1]), non lympham sed pus continet; ad cujus naturam explicandam ille auctor celeberrimus ad inflammationem non percipiendam diutissime durantem refugit, at cur, interrogarem, ad pus producendum in alia inflammatione summo ejus gradu opus est, et hic tantum minimo? Nonne hoc optimo argumento est, a sola inflammatione suppurationem non pendere? Accedit, quod semper hujus abscessus causa, dyscrasia quaedam (dyscrasia purulenta *Walther*) est.

3) *Exsudationem* sine inflammatione existere §. 26 commemoravi. *Heimii* ibi relatas experientias nonnulli auctores negant; at quo jure? nescio, cum ad hanc exsudationem magis sanguinis crasis, quam

---

[1]) ***Ph. v. Walther***, über die wahre Natur der Lymphgeschwülste. Im Journ. für Chir. u. Augenheilk. B. I. p. 584.

inflammatio ipsa quaedam conferat; quare in morbis chronicis dyscrasicis plerumque eam videmus. Plurimos hydropes sine inflammatione praegressa observari, jam dudum inter omnes constat.

4) *Intumescentias chronicas* sine inflammatione fieri, neminem fugit, qui non ubique inflammationes non percipiendas perspicere velit.

5) Idem valet de *gangraena*, quae e. g. ligata arteria, aut nervo ligato, exoritur. Exemplo etiam sit gangraena senilis.

§. 35. Ex hac inflammationis adumbratione liquido constat, cur inflammationes saepe omnem methodum antiphlogisticam respuentes, tamen remediis sic dictis alterantibus curentur; neque minus liquet, naturam inflammationum diversissimam esse, prout vegetationis alienatio diversa est; quare pauca cognoscimus, audientes, aegrum organi cujusdam inflammatione laborare. Hinc raro V. S.ne inflammationem funditus curamus, quia V. S. nonnisi congestionem sanguinis tollit, et curam sic dictam radicalem tum efficit, si congestio sola inflammationis causa est.

§. 36. At ne longius degrediar, iterum ad propositum meum me converto. Affectiones organicae; sive laesiones sensibus nostris percipiendae, aut substantiam solam, aut etiam formam organi cujusdam mutant, sive, ut loquuntur, aut texturam aut structuram laedunt. Plurimae affectiones organicae in tela cellulosa resident, cum in ea omnes vegetationis processus fiant. De singulis nunc pauca loquar.

DE TEXTURAE MUTATIONE.

§. 37. Membranarum mucosarum textura, sive substantia, aut, quoad qualitates physicas, aut chemico-organicas mutatur. A qualitate physica consistentia et cohaerentia earum pendent, quae hisce modis a norma aberrant.

1) *Relaxatio* tunicarum muciparum. Jam in statu normali hae membranae laxioris texturae sunt; quare in morbis facillime relaxatas invenimus. Causa hujusce relaxationis, aut muci secretio nimia, aut nimia extensio, substantiis in iis contentis, aut vasorum languor, aut nervorum torpor, merito judicatur.

2) Huic statui finitima est e *mollities* [1]) membra-
narum, quae nobis tantum in ventriculo [2]) cognita
est, ubi *gastromalacia* nuncupatur, secundum ea, quae
Illustr. *Rudolphi* docet, status subputridus ventriculi
infantili aetati propius.

3) Haud immerito *vulnerum* membranarum hic
mentionem facio. Haec vulnera sanantur eodem
modo, quo vulnera cutis externae; id quod in vul-
neribus oris, faucium, genitalium foeminarum vide-
mus. Membrana regenerata durioris consistentiae
et coloris albioris est quam m. m. Nonnunquam
membrana regenerata ligamenta format, quae exi-
tiosa fieri possunt [3]).

§. 38. Qualitates chemico-organicae mutatae
has constituunt affectiones organicas:

1) *Inflammationem.* Quale discrimen inter hanc
et congestionem in m. m. versetur vid. §. 15. In-
flammatio haec tria stadia percurrit:

a) *st. prodromorum*, in quo muci secretio aut im-
minuta est, aut plane deficit [4]) forsan propter
spasmum quendam glandularum.

b) *St. acutum* sive secretionis perversae. Adsunt
symptomata blennorrhagiae *Swed.* (§. 20) et ob
hoc potius hoc stadium *blennorrhagicum* appella-
rem. Si inflammatio in altiorem gradum per-
venit, secretio muci et in hoc stadio desinit
(§. 20.)

c) *St. chronicum* symptomata perhibet blennorrhoeae
Swed. (§. 20), et ob hoc *st. blennorrhoicum* nun-
cuparem. —

Swed. teste, nunquam inflammatio haec in suppu-
rationem transit, sed facile in *gangraenam*, praesertim

---

[1]) *C. F. Plettner*, de gastromalacia, Diss. inaug. Berol. 182

[2]) Secundum *Burns* (*Allan Burns*, observat. on the diges
of the stomach after Death in Edinb. med. and surg. Journ
Vol. VI. 1810 p. 385) praeter ventriculum etiam alia intesti
hac emollitie afficiuntur, id quod opinionem *Hunteri* causam pr
ximam hujusce morbi in acrimonia succi gastrici quaerenda
esse, refutat.

[3]) *Beclard* l. c. p. 250.

[4]) Huic non contradicit, quod §. 19 dixi, ubi de init
morbi, non de stadio prodromorum, sermo est.

intestinorum in typho, a venenis. — In nonnullis casibus inflammatio tantum folliculos mucosos corripit, qui intumescunt et in conspectum veniunt [1]. Sic e. g. si vaginam, fluore albo affectam exploramus, hos folliculos tumidos, quasi sabulum digitis sentimus.

2) *Indurationem*, aut benignam, sive callositatem, aut malignam, sive scirrhum, aegrum miserrime necantem. Neque induratio benigna sine noxa est; imo saepissime causam stricturis praebet, de quibus paulo post. Secundum *Kreysig* [2] scirrhus semper in glandulis muciparis exordium trahit. Nonnunquam m. m. in substantiam mere cartilaginosam mutatur [3].

3) *Polypos*, morbum systemati mucoso maxime peculiarem. Quod *Chelius* [4] hac de re dixit, praeterire non possum. Aut e substantia ipsa membranarum, sive e parenchymate earum, inquit, aut e partibus parenchymati subjacentibus haec producta se emergunt. In *polypis mucosis* sic dictis, formatio haec abnormis in parenchymate mucoso tantum continetur, dum vasa plane ab ea excluduntur. Carent igitur polypi mucosi omnibus vasis, earumque textura, si cum angiectasiis (?) complicantur, sanguine exsudato referta est, aut si haec complicatio abest, polypi mucosi fluidum tantum mucosum continent. In polypis vero *carneis*, vulgo dictis, in parenchymate luxuriante, etiam systema vasorum videmus. In his tela cellulosa in texturam fibrosam mutata est [5]. — Nonnulli polypi in periostio aliquot locis m. m. subjacente resident, et horum textura revera fibroso-tendinea habenda est. — Alii texturae valde aberrantes a normali inveniuntur, in quorum numero sunt polypi *cancrosi* [6]. Secundum

---

[1]) *Roederer* et *Wagler* l. c. Tab. I. Fig. 2.

[2]) l. c. p. 486.

[3]) *Beclard* l. c. p. 250.

[4]) Handb. der Chirurgie von *M. J. Chelius.* Heidelberg 1823. §. 1850.

[5]) *Schreger* Annalen der chir. Clinic. auf der Universität zu Erlangen. 1817. p. 47.

[6]) *Beclard* l. c. p. 248.

Kreysig [1]) polypi, quasi prolongationes tunicae mu-
ciparae habendi sunt; sed hoc modo differentiae
eorum plane non intelliguntur.

4) *Exulcerationes* varii generis et indolis, uti sunt
syphiliticae, catarrhales, scrophulosae, carcinomato-
sae, gangraenosae. Non confundendae sunt cum *excu-
riationibus* a muco acri rodente ortis, valde dolorifici
praesertim in genitalibus.

5) *Aphthas* [2]), quibus saepe totus tractus intes-
tinalis obsitus est. Secundum *Jahn* hae ab asthe-
nia glandularum muciparum oriuntur. *Wendt* [3]
totam reproductionem labefactam earum causam
esse autumat. At quaeritur, num forsitan aphtha-
rum sedes solummodo in epithelio sit?

DE STRUCTURAE MUTATIONE.

§. 39. In structura tunicarum mucosarum ubi-
que tubulos ad viscera adducentes, aut ab iis redu-
centes formantium, praecipuae vegetationis functio-
nes positae sunt, et facile intelligitur, quanti mo-
menti hujusce formae perturbatio sit, quod et ex-
perientia nobis demonstrat, qua edocemur, mal-
inde exoriri dirissima. Plerumque textura abnor-
mis horum malorum causa est, at non semper, cum
saepe, aut contractione membranae musculosae (e. g
strictura spastica), aut tumoribus, aut organis tumidi
membranam mucosam comprimentibus, efficiuntur.

§. 40. Sunt autem structurae mutationes fer
hae:

1) *Stricturae* organicae aut spasticae, quarum ha
contractioni fibrarum muscularium originem debent
et minus timendae sunt, quam illae organicae. *Hun-
ter* [4]) etiam stricturam urethrae spasticam defendit
quamquam haec membrana musculosa plane caret
§. 7. VI. Haec urethrae strictura spastica videtur

---

[1]) l. c. p. 486.

[2]) *J. Chr. Stark* Abhandl. v. d. Schwämmchen. Jena 1784

[3]) Die Kinderkrankh. systematisch dargestellt von *J. Wendt*
Bresl. u. Leipz. 1822.

[4]) *J. Hunter*, Abhandl. über die vener. Krankh. A. d. Engl
Leipzig 1787. p. 276.

ontractilitate membranae pendere, aut, ut *Bell* [1]) lacet, a musculis perinaei. Membrana mucosa se ontrahit etiam, si functio ejus cessit [2]).

2) *Dilatatio* tubulorum, qua *diverticuli* formantur, quae saepe enormis est, e. g. choledochus calulo dilatatus.

3) *Occlusio* eorum, s. *atresia*, plerumque congeita et vitium primae conformationis. Saepe tum perturam tubuli in alio loco insolito invenies; sic g. anus in vagina reperitur [3]).

4) Huic proxime venit *coalitio* parietum tubuloum, quae tantum epithelio destructo, aut secretione uci plane cessante, fieri potest [4]).

5) *Obstructio*, aut secretis, aut lympha plastica, ut corporibus externis; sic e. g. ureteres lympha oagulabili obstruuntur, quam lympham nonnulli ermes habebant.

6) *Prolapsus* et *Herniae*, quarum causa, ut pluriaum membranarum relaxatio est. Aliter res se habet, si e. g. partu difficili vagina prolabitur [5]). Notu dignissimum est, quod si prolapsus diutius perurat, nec reponitur, membrana mucosa tandem peciem cutis externae accipit [6]).

7) *Appendices digitatae* tubi intestinarii, quae ex mnibus membranis hunc tubum constituentibus, onstant. Nonnunquam hae appendices sedem habent, ubi fauces cum oesophago conjunguntur; ibi bos retinent, et ruminationis ansam praebent [7]).

8) Forma tubulosa etiam *invaginationis* et *volvuli* ausa est praedisponens.

---

[1]) *Ch. Bell*, Chirurg. Abhandl. über die Krankh. der Harnege und des Mastdarms. In chirurg. Handbibliothek. B. II. Veimar 1821. p. 78 et 96.

[2]) *Bichat* l. c. Art. III. §. 1.

[3]) *Barton*, Medical Recorder of Medicine and Surgery. o. 26. Philadelphia 1814. *Froriep* Notizen. Bd. VIII, 18.

[4]) *Beclard* l. c. p. 247.

[5]) Lehrbuch der Entbindungskunde (theoret.) von *Ad. El. Siebold*. Nürnberg 1824. p. 391.

[6]) *Bichat* Art. I. §. 3.

[7]) *Beclard* l. c. p. 258.

CAP. II.

QUOMODO SYSTEMA MUCOSUM MORBO AFFECTUM TOTU ORGANISMUM PER CONSENSUM AFFICIAT?

§. 41. Quilibet morbus localis in morbum un versalem transit hisce modis:

1) Affectio topica nervorum usque ad cerebru propagatur, unde totum systema nervosum afficitu

2) Affectio localis vasorum sanguiferorum c corripit, et febrem gignit.

3) Secretione anomali sanguis, aut lympha pl stica destituitur, aut resorptione secretorum, ut i dicam, corrumpitur, qua dyscrasiae, cachexiae or untur.

4) Functione partis, aut systematis cujusda laesa, totus organismus, cujus euphoria in omniu functionum aequilibrio consistit, necessarie aegrota

Haec modo dicta et de membranis mucos morbo correptis valent; id quod in hoc capite d monstrare mihi proposui.

§. 42. In genere contendere licet, organa ce tralia, cor et cerebrum eo magis a morbo syst matis mucosi corripi, quo magis hic acutus, aut qu minus membranae mucosae rebus externis adsueta et irritamenta minus solita sint; id quod jam fu ctione tunicarum muciparum liquet; item qu magis hae extrinsecus jacent, eo minus organa ce tralia afficiuntur. Quam ob rem faucium inflan matio, item narium, bronchiorum non tantum pe culum afferunt, quantum inflammatio intestinorur Affectiones chronicae organa centralia plane n tangunt, et sic homines blennorrhoeis affecti, sa pissime sanitate gaudere videntur. Attamen h affectiones diutius durantes totam reproductione corrumpunt, et sic aegrotantes e medio tollunt e phthisis pituitosa.

§. 43. *Systema nervorum* raro cum morb membranae mucosae una laborat. In morbo acu cerebrum nonnunquam sympathice offenditur, pra sertim in intestinorum tenuium inflammatione, e delirio et convulsionibus, hanc inflammatione

omitantibus, videre licet. Idem observatur etiam
n febre mucosa [1]). Cephalalgia catarrhalis non
n cerebro sedem habet, sed in sinubus frontalibus,
n eorum membrana mucosa. *Bichat* [2]) conjicit, hanc
ephalalgiam in tela cellulosa, quae per foramina
cribrosa in cerebrum venit, residere. Convulsionum,
uarum vermes accusantur, plerumque laesa vege-
atio fundamentum jacet. — Apud *Swediaur* [3]) con-
ulsiones ab ischioblennia uteri ortas invenimus de-
criptas, certe in hoc casu blennorhoea mensium
icaria erat. Saepissime in affectionibus chronicis
orporem totius systematis nervorum observamus.
Hinc homines, morbis hisce affecti, languidi, doloris
aud capaces, ignavi inveniuntur. Contrarium ob-
ervarunt *Roederer* et *Wagler* [4]), qui haec scripse-
unt: Agile caeteroquin et animarum prodigum id
enus hominum esse solet, acutioris ingenii, ad
neditationes proclive otiique impatiens.

§. 44. *Cor*, propagata affectione vasorum san-
uiferorum facilius, quam cerebrum et systema ner-
orum morbi systematis mucosi particeps fit, *febre*
uic morbo accedente. Haec febris pro variis con-
itionibus variae indolis observatur, sed in affectio-
ibus membranae mucosae organorum respirationis
eculiaris ingenii est; ita, ut jure propriam *febrem*
atarrhalem accipiamus, qualis solummodo in affe-
tionibus tunicae intestinorum obviam venit, diar-
hoeam comitans, unde nomen diarrhoeae catarrha-
is. Hujus febris peculiaritas certo in aëris consti-
utione investiganda est.

§. 45. A febre modo memorata dignoscenda
st, *febris mucosa* seu pituitosa, Phlegmopyra *Swe-
diaur* [5]). Apud modo nominatum auctorem hanc hu-
usce febris descriptionem invenimus: Febris acuta,
ontinua, cum pulsu frequente, molli, parvo, debili,
c pituita abundante per totum corpus diffusa, aut

---

1) *Roederer et Wagler* p. 93.

2) *Bichat* l. c. Système cellulaire. Art. I. §. 1.

3) l. c. II. 347.

4) l. c. p. 83.

5) l. c. I. p. 20.

etiam solas primas vias, vel pulmones afficient
Haec febris neutiquam morbo quodam tunicae p
tuitosae efficitur, quia hunc morbum potius febr
nervosa, inflammatoria, catarrhalis comitatur. Nequ
magis febris, nimia muci excretione orta, est, quum
hac ex causa potius febrem hecticam observemu.
Neque febrem mucosam esse febrem cum pituita
secretione aucta contendere licet, quum ad han
secretionem auctam fortuito ex alia causa febri
accedere possit, e. g. typhus pituitosus. Potius febri
videtur, quae muci secretione et excretione judicatu
aut, ut cum pathologis humorum loquar, febris mu
cosa est motus naturae idoneus, qui mucum a san
guine per resorptionem, aut pravam assimilationem
acceptum, foras mittat. Est igitur haec febris na
turae conamen, humores, ut ita dicam, purificand
vel, ut *Roederer* et *Wagler* dicunt [1]), prioris ma
chronici crisis atque medela; quamquam hoc natu
rae conamen saepissime frustaneum est, et ob ho
ipsa febris aegrum necat. Accenditur autem febri
pituitosa, vel sine alia causa manifesta, solo natura
vigore, vel causae novae impulsu [2]). Secundum
Galenum [3]) haec febris exoritur a muco corrupto
qui a natura in partes sensibiles impellitur. — Cae
terum systema vasorum sanguiferorum in statu mor
boso chronico, ut plurimum languere constat, e
non raro plethoram passivam, venositatem auctam
cum hisce affectionibus conjunctam observamus. —
In dysenteria cor parvum, durum, veluti constri
ctum, vasis coronariis turgidis inventum est [4]).

§. 46. *Vasorum lymphaticorum* affectiones saep
cum morbis tunicae mucosae conjunctae sunt, au
primario, aut secundario, aut tantum, causa quadam
communi, una laborantes. Morbus scrophulosu
omni modo hic exemplo sit. Facillime intelligitur
cur haec systemata saepissime una laborent, si re

---

[1]) l. c. p. 77.

[2]) *Roederer* et *Wagler* l. c.

[3]) *Galens* Fieberlehre von *Sprengel* p. 116.

[4]) *Roederer* et *Wagler* l. c. p. 14.

spicimus, utraque praecipua vegetationis instrumenta esse, et necessarie vegetatione laesa affici oportere.

§. 47. Secretione et excretione anomali morbus localis etiam in universalem transit. Secretionis imminutae noxa eadem est, ac inflammationis m. m., et plerumque febre comite utitur. Mucus perverse secretus tunicas pituitosas vellicat, et rei externae instar est. De hisce igitur statibus morbosis hic jam non amplius est sermo. At de muci secretione et excretione aucta, nunc pauca disseram. Equidem haec aeque noxia est, ac aliae excretiones nimiae, tamen gradu discernitur, et notatu dignissimum est, quantum hac in re organismus perferre possit. Sicuti alia quaeque secretio, ita haec certis in casibus, nisi modum excedat, salutaris esse potest, sanguine hac secretione ad normalem crasin revertente, aut si aliae secretionis, e. g. mensium vicariae existunt. Sin vero certum modum superat, nutritio dilabitur, quasi omnis sanguinis copia ad hanc secretionem consumatur. Hic est fons phthisium pituitosarum, febris hecticae, aliorumque morborum, ab impedita nutritione originem ducentium, e. g. hydrops, obesitas. Homines, morbo sic dicto mucoso laborantes, saepe obesi sunt, id quod quotidie videre licet, certe quia, et obesitas, et, ut ita dicam, dyscrasia mucosa, in nutritione impedita acquiescunt; neque a vero longe aberramus, affirmantes, illos morbos gradu solummodo differre; et de hac re idem valet, quod jam *Lorry*[1]) de hydrope et obesitate dixit.

§. 48. Innumerabilia sunt symptomata, quae laesa functione tunicarum mucipararum organorumque iis constitutorum, oriuntur, quum in quodque vegetationis organon se insinuent. Exemplo sint morbi membranae mucosae organorum respirationis, digestionis, lacrimalium etc. Sed haec symptomata hic enumerare, non est meum.

---

[1]) *Lorry*, von dem Fette im menschl. Körper, von den Wirkungen und Fehlern desselben, und den Krankheiten, welche es verursachen. In Samml. auserl. Abhandl. für pract. Aerzte. X. B. p. 222.

CAP. III.

QUO DEMONSTRATUR, QUOMODO MORBI TOTIUS ORGANISMI, AUT SYSTEMATIS ALICUJUS CARDINALIS, AUT ORGANI CUJUSDAM, SYSTEMA MUCOSUM AFFICIANT.

§. 49. Morbis totius organismi, sive universales, si quidem tales existant, certe nulla alia causa est, quam prava humorum mixtio, quippe qua fundamentum totius corporis, scilicet massa organica sine qua nullum organon, neque ulla vis existere potest, corrumpitur. Hinc in dyscrasiis omnia organismi systemata aegrotant, quamquam unum alterumve semper prae ceteris laborat. Sic in scrophulosi vasa lymphatica praecipue corripiuntur. Quum autem hae dyscrasiae, sive humorum prava mixtiones inprimis reproductione anomali se manifestent, quid mirum, si systema mucosum, reproductioni soli inserviens, ex hoc fonte plerumque laboret. Omnes dyscrasiae maxime proclives sunt ad morbum peculiarem in quaque parte tunicarum mucosarum procreandum; id quod de singulis dyscrasiis nunc paucis illustrabo.

§. 50. Et primum omnium merito hic sermo erit, de *dyscrasia mucosa* (spissitudine frigida, morbo mucoso [1]), sermone vernaculo Verschleimung). Quid de ea judicandum sit, auctores dissentiunt. Veteres sanguinem plus solito muci continere credebant, affirmantes, nutrimentis viscidis pituitam in sanguinem transgressam, per organa muci secretioni accomodata secerni. Recentiores experimentis nixi, quae docuerunt, mucum nunquam in sanguine reperiri [2]), et alias causas hunc statum proferre posse, dyscrasiam mucosam plane negabant, asserentes, secretionem muci auctam semper a mu-

tatis

[1]) *Schmalz* l. c. p. 182.

[2]) Sanguinem mucum continere plane negari nequit, cum in febribus pituitosis sanguis coloris minus rubri, muco viscido mixtus sit, et in superficie sua crustam mucosam praebeat (*Richter* Therapie p. 171). Sed cf. *Stoll* Aph. 381.

tatis membranarum, earumque nervorum et vasorum actionibus pendere. Etsi tali modo ut plurimum fieri nemo negabit, tamen neutiquam intelligendum est, cur persaepe sine ulla causa topica nobis cognita, mucus enormi copia in omnibus membranis pituitosis secernatur, ut fit in febre pituitosa §. 45. *Kreysig* [1]) hanc litem hoc modo dirimit: neminem fugit, quam arcte secretio muci cum assimilatione conjuncta sit, et quam saepe, assimilatione laesa, retardata, dyscrasia mucosa efficiatur; quae conjunctio facillime explicatur eo, quod sanguis, assimilatione labescente, animalisationem legitimam non obtinet, sed solummodo inferiorem ejus gradum, quo magis idoneus fit sanguis, qui mucum producat, quam qui massam solidam formet. Secundum *Stoll* [2]), sanguis in hac dyscrasia plus solito seri et minus cruoris continet. Dyscrasia mucosa, ut facile quisque intelliget, causa est praestantissima morborum tunicarum. m.

§. 51. *Scrophulosis.* Qui naturam hujusce dyscrasiae perspexerit, facile intelliget, cur infantes scrophulosi tam proclives sint ad morbos mucosos. Horum morborum sedes hic praesertim tubus alimentarius est, et vermibus gignendis ansam praebent. Ceterum et blenorrhoeae urethrae in infantibus scrophulosis observatae sunt (*Swed.*). Neque praetereundum est, homines scrophulosos, quam maxime propensos esse in catarrhum, qualibet levi refrigeratione orientem, et in gonorrhaem secundariam, saepe non arcendam.

§. 52. *Syphilis.* Non est hic sermo de affectionibus primariis hujusce luis, sed potius de iis affectionibus, quae habitante jam in corpore lue venerea, erumpunt. An haec lues et blennorrhoeas urethrae producere possit, auctores discrepant. Attamen vero specifica et peculiaris relatio ejus ad systema mucosum non latet, quae relatio liquido constat ex syphiliticis faucium ulceribus, ex excrescentiis in intestino recto. In neonatis lues ve-

---

[1]) l. c. p. 491.

[2]) *M. Stoll*, Aphorismi de cognoscendis et curandis febribus. Vindob. 1786. Aphor. 381.

nerea aphthis in ductu cibario saepe se manif
stat [1]).

§. 53. *Arthritis.* Nemo nescit, digestionem as
similationemque laesam causam esse arthritidis e
sentialem. Quare arthritis saepe conjuncta est cu
morbo mucoso. Neque ignotum est, arthrtidi sp
cificam quandam relationem esse ad tunicas muc
sas nonnullorum organorum, praesertim ad mem
branas bronchiorum et organorum uropoëticorun
Saepe etiam videmus, concretiones calculosas cur
muco excerni.

§. 54. *Lithiasis.* Concrementa calculosa, ut plu
rimum in membranis mucosis inveniuntur, quod ta
men non semper est; nam et in membranis sero
sis, e. g. articulorum observantur, et quaeritur, nun
forsan ad calculos producendos magis membrana
serosae aptae sint, quam tunicae mucosae; ubicun
que enim hae sunt, ibi etiam illas, nimirum epi
thelium, invenies. Caeterum jure hic mentionem
feci lithiaseos, cum quisque non ignoret, sub voc
hac, dispositionem generalem ad procreandos cal
culos intelligi; et in quibus momentis haec dispo
sitio fundata esse possit, nisi in prava humorun
mixtione, seu in dyscrasia quadam? inprimis cur
experientia edocti simus, quantopere in hac dis
positione assimilatio labefacta sit?

§. 55. *Scorbuti* cognatio cum morbis systema
tis mucosi non parva est. Sanguis dissolutus i
hac dyscrasia facillime in partes laxas ruit, et hae
morrhagias scorbuticas producit. Aliae affectione
scorbuticae in hisce membranis sunt aphthae ori
linguae, gingivae tumidulae.

§. 56. *Helminthiasis* nihil est, nisi dyscrasia mu
cosa, in cujus producto, muco scilicet, materie sub
stantiis animalibus imbuta, vermes gignuntur, ge
neratione ab Ill. *Rudolphio* dicta spontanea.

§. 57. *Exanthemata chronica*, si jam in dyscra
sias transierint, aut suppressa sint, praecipue organ
pectoris et urethram corripiunt.

§. 58. Apud *Swed.* etiam blenorrhoeam *rheu
maticam* invenimus. Inflammationes sic dictae rheu

---

[1]) *Wendt*, Kinderkrankh. p. 171.

maticae membranarum mucosarum, ut plurimum primariae habendae sunt; forsitan ab earum exhalationis insensibilis suppressione orientes.

§. 59. Systematum cardinalium affectiones etiam relationem quandam habent cum membranis mucosis; de quibus nunc pauca:

1) Systematis *vasculosi sanguiferi* affectiones saepe systema mucosum corripiunt, sic febres inflammatoriae saepe muci excretione judicantur; id quod hiberno semestri praeterlapso in nosocomio caritatis, etiam in typho observatum est, cujus crisis fere semper hac secretione efficiebatur.

2) De vasis lymphaticis vid. §. 46.

3) Torpor *systematis nervosi* etiam sufficit ad morbos mucosos producendos. Sic etiam animi pathemata, praesertim cura, terror, moeror, ira etc.[1], status pituitosi et scirrhi (e. g. ventriculi) causae sunt.

§. 60. Et affectionibus organorum reproductioni dicatorum tunicae muciparae laborant. Sic stagnationes sanguinis in hepate, liene et in venis systematis venae portae amplissimae causae sunt dyscrasiae mucosae. Loquuntur etiam de infarctibus mucosis (viscido, inspissato[2]). — Sic etiam cutis externa contiguitate sua cum membranis pituitosis morbos in has propagat; quare exanthemata in membrana mucosa invenire potes, e. g. scarlatinam, variolas[3], scabiem[4]. — Secundum *Bichat*[5]) variolae tantum observantur in tunica pituitaria, linguae, palati, et genarum. Forsan variolae saepe cum aphthis, exanthemate tunicis mucosis peculiari commutatae sunt. Cf. etiam §. 6. VII et §. 23.

---

1) *Roederer* et *Wagler* p. 45.

2) *Schmalz* l. c. p. 184.

3) *Burserii* institutionum T. III. p. 285.

4) *Ph. C. Hartmann*, Theorie der Krankh. Wien 1823. pag. 150.

5) *Bichat* l. c. Art. II. §. 1.

VITAE CURRICULUM.

Natus sum ego, LEONHARDUS GOTTHEIL, fidei veteris testamenti addictus, Pinnis, oppidulo Posnaniensi, anno MDCCCIV patre optimo, JACOBO GOTTHEIL, et matre dilectissima ROSA, e gente BERNHARDIANA, quibus adhuc viventibus gaudeo. In primis literarum elementis eruditus, anno MDCCCXX in gymnasio Lesniensi receptus sum, quo per annum frequentato, rebus familiaris coactus Vratislaviam me contuli, ibique gymnasium quod dicunt catholicum, per biennium celebravi. Anno autem MDCCCXXIII die XII. m. Novembris testimonio maturitatis praeditus, Berolini civium academicorum numero adscriptus sum a Rectore magnifico t. t. Illustr. HOFFMANN, et Decano facultatis medicae spectabilissimo Illustr. RUDOLPHI. Ibi hosce Viros summos, ac celeberrimi nominis, audivi disserentes,

Illustr. A HENNING de Encyclopaedia scientiarum philosophicarum; Illustr. H. RITTER de Logice; Illustr. BOECKH Taciti historias et annales, nec non Pindari carmina exponentem; Illustr. C. RITTER de Geographia Asiae; Illustr. HAYNE de Botanice; Illustr. TÜRTE de Physice; Illustr. ERMAN de calore et lumine atque de Athmosphaerologia; Illustr. LICHTENSTEIN de Zoologia; Illustr. HERMBSTAEDT de Chemia pharmaceutica; Illustr. MITSCHERLICH de Chemia experimentali; Illustr. KNAPE de Osteologia, Splanchnologia et Syndesmologia, quem etiam una cum Illustr. RUDOLPHI in arte cadavera dissecandi praeceptorem habui; Illustr. RUDOLPHI de Ana-

ɔmia c. h., Anatomia comparativa, Physiologia et En-
yclopaedia medica; Illustr. ECK de Pathologia generali;
llustr. REICH de Pathologia speciali; Illustr. NAUMANN
e Pathologia imi ventris, et de Pathologia et Therapia
peciali; Illustr. HECKER de Semiotice; Illustr. HORN
e morbis psychicis; Illustr. RUST de morbis syphiliticis;
llustr. C. W. HUFELAND de morbis acutis; Illustr.
UENGCKEN de Chirurgia, tam generali, quam speciali, de
kiurgia, Ophthalmiatrice et Acologia; Illustr. KLUGE
e luxationibus et fracturis; Illustr. CASPER de arte
ɔrmulas scribendi; Illustr. LINK de Pharmacologia, Bo-
anice nec non de Toxicologia; Illustr. SCHULZ de
hysiologia plantarum. —

Clinicum medicum Illustr. NEUMANN et Illustr.
STOSCH, chirurgicum Illustr. A GRAEFE et Illustr.
UST, et obstetricium Illustr. A SIEBOLD frequentavi.

Tentamine tam philosophico, quam medico, et exa-
ine rigoroso coram Gratioso medicorum ordine per-
ctis, spero fore, ut dissertatione et thesibus defensis,
immi in medicina et chirurgia honores in me confe-
antur.

CORRIGENDA.

P. 1 l. 10 l. referrem
P. 16 l. 2 l. illi
P. 21 l. 23 l. existit
P. 36 l. 10 l. familiaribus

THE[...] DAE.

1) *Febris nunquam symptoma est.*

2) *Nulla operatio chirurgica cura est radicalis.*

3) *Dyscrasiae non sunt morbi.*

4) *Non vita, sed mors est status coactus.*

5) *Ad secretionem perficiendam vasa sanguifera plu[...] mum, organa autem secretoria minimum confer[...] contendo.*

6) *Methodus Cadeti de Vaux arthritidis curandae, [...] nihil, aut parum novi continet.*

7) *Aquam esse compositam, jam Empedocles suspic[...]tus est.*

8) *Reagens chemicum absolutum non existit.*

9) *Meyeri argumentum de nervorum regeneratione pla[...] non sufficit.*

10) *Medicina aeque certa est, ac chirurgia.*

11) *Optima physiologia experimentalis chirurgia est.*

12) *Unicum fere remedium naturae febris est.*

13) *Chininium chinam in substantia ne in febre quid[...] intermittente compensat.*

14) *Inter Brownianismum et Contrastimulismum ide[...] discrimen versatur, quam inter doctrinam de Electr[...]citate Franklini et Symeri.*